2017 A
~~3478~~

ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Itaque Termi-
num primum peremptorium et alios omnes ex inde consequen-
tes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera
infirmitate pro maiori minorennitate suum sorum legatio-
ne intra vel extra Regnum servitio militari ad muniminta
ad evictorem vel alios quibusvis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo. Atque actionem praeterea
ultra proximos officij praefati Castren Capitan Praemysliens
Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque mo-
tiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo
praemissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis
evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptio-
ne Termini bello conventione quae alijs quibusvis Iuris reme-
dijs et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo
evadendo. Haec sua praesenti personali recognitione
ad praemissa omnia mediante.

Feria Quinta post Festum Omnium Sanctorum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

6/XI

Ilnicka Ilnickim Kolchanowiczom bona sua Donat.

410 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus
Castren Capitan Praemyslien Nobilis Marianna Ilnicka olim
Nobilis Sentio Ilnicki Rybelye cum Nobili olim Maria Iawor
ska Consorte ipsius legitima procreata filia Nobilis vero olim
Ivani Ilnicki Ian[illegible] Consortis derelicta vidua sana
mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iu-
risdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus

recedendo Praesenti vero Castren. Capitan. Premysliensi Juris
dictioni quoad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recogno
vit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria [illegible]
videlicet Osiadeli w Wapienney Pelly inter metas Suchiwije
a bona ab altera vero parte Magnea Sarlowa in bonis villae
Losiniec Terrae et Districtu praesenti Premysliensi jacen. et con
sisten. cum omni praemissorum jure dominio proprietate
haereditate cumque omnibus et singulis bonorum eorundem
utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis
emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis
generaliter universis. nihil ex praemissis juris dominii
proprietatis haereditatis ac quibuslibet competentis et pro
rogativis prout Recognoscenti suisque Successoribus seu quo
piam alio reservando aut excipiendo. veruntamen late
longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum
haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo ex
tendit et protenditur et prout eadem ipsamet Recognos.
tenuit habuit et possidebat ipsamque concernebant ac ei
dem legitime serviebant. Jam ex nunc et de facto Nobili
bus Ivano Halliomi Matfiey et Mienio sive Nicolao
Hnicki Kolchanowiczta nobilis Hrehory Hnicki Kol
chanowicz filiis fratribus inter se germanis eorumque poste
ris dedit donavit inscripsit et resignavit prout dat
donat ac tribuit pure mere perpetuoque ac irrevocabiliter do.

nationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevo
cabiliterq[ue]. In qua quidem bona suprascripta praesen[tibus] donata
eadem supranominata Regogaesens praenominatis
nobilibus Hnielinis Holchanovytom donatariis suis eo
rumq[ue] posteris iam ex nunc et de facto coram officio praesen[ti]
dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificam
possessionem per ministerialem quemcunq[ue] competentem nobi
les eos die quacunq[ue] voluerint officiose acceptandam.
Per ipsos nobiles Ivanum Athonem Matheum et Mitrio
seu Nicolaum Hnielin Holchanovyta fratres inter se
germanos donatarios suos eorumq[ue] posteris haec ea
dem bona suprascripta praesentibus donata et resi
gnata cum omni iure dominio proprietate competen
tiaq[ue] et praerogativa quavis tenendi habendi possi
dendi illisq[ue] quiete et pacifice uti fruendi ac ad usus suo
rumq[ue] successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere
et effectualiter convertendi perpetuis et aeternis
temporibus. Debetq[ue] et tenebitur memorata Rego
geens prout se ac suos successores in et super bo
nis suis generaliter omnibus summisq[ue] pecuniariis
quibusvis suprascriptis nobilibus Hnielin donata
riis suis inscribit et obligat praesentibus. Ipsos et
eorum successores in dictis bonis praesentibus donatis
et resignatis et ratione eorundem omnium ab omni
et quavis impetitione iuridica quarumcunq[ue] persona
rum cuiuscunq[ue] conditionis status et sexus cuiusvis
existentium ex occasione suprascriptorum modo

quovis exorienda per omnes praescriptiones Terrestres
prout ad quamlibet personam Terrestrem spectat et pertinet et
praescriptionem omni Judicio et officio Regni semper toties quo
ties opus fuerit tueri defendere eximere intercedere ac
eliberare indemnemque cum posteris reddere. nec non
eadem bona suprascripta praesentibus donata et resigna
ta ab omnibus cujusvis generis Juribus et Inscriptionibus prion
bus et posterioribus super iisdem bonis praesentibus
per se Recognoscentem donatis cuicunque personarum modo
quovis factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Alienat
ionibus super eadem bona resignata impignoratis et
impignorandis. Litibus denique et perlitis processibus Juris
quibusvis in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus
et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis
ac super praemissis omnibus praesentibus resigna
tis modo quovis perductis et perducendis emundare et
eliberare mundaque et libera semper facere. ac etiam istam
inscriptionem praefatam coram officio praesenti admissam
in fundo bonorum praefatorum praesentium resignatorum
dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requi
retur non denegare imo debebit et tenebitur eandem
libere dare et effectualiter admittere dataque et ad
missa eadem Possessionem et usum fructum praemissorum
omnium et singulorum quovis modo tam per se quam
per suas quasvis submissas et subordinatas per
sonas non praepedire nec adimere ipsoque Nobiles

201012

Ilnicka Holchanowska donatarios suos et ipsorum Successores in dictis bonis praesentibus resignatis tam in toto quam in parte non iniuriari ita ut eadem bona cum omnibus eorum utilitatibus et usufructibus iidem Donatarij sui suis cum posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis donatoriae vigore tenere habere et possidere queat, illisque uti frui possit perpetuo et in aevum irrevocabiliterque. Idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxandis et edicendis per eandem Recognoscentem supra scriptam Nobilem Marianam Ilnicka vel eius posteros supra scriptis Nobilibus Ivano Hallowi Matfiey et Mienio Suc Nicolao Ilnickim Holchanowicz fratribus inter se germanis eorumque Successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties quoties fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramento taxatis et edictis modo praemisso ad solvendum succumbendis a sponte aliqua principali ex praemissis non completa complenda citata existens memorata Recognoscens nobilis Mariana Ilnicka aut eius posteri ad instantiam supra scriptorum nobilium Ivani Hallowis Matfiey et Mienio Suc Nicolai Ilnickich Holchanowicz Suc illorum successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex tunc reiipsa supra scripto quoad respondendum specat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere.

damno ... [illegible]

2017.03.3

damna praefata Teresina simpliciter taxata luere ipson
primitus satisfacere ac omne iudicatum stati debebit et te
nebitur se ga ac suos successores ad eadem omnia inscribit
et obligat praesentibus. Illum terminum primum
peremptorium et alios omnes exinde consequentes
causae eiusdem terminos semper peremptorios
libera infirmitate pro maiori minorenitate suorum
torum legatione intra vel extra Regnum servitii
militari ad mummenta a debitorem vel aliis
quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo. Ad quietationem praeterea ultra
proximos officii praefati Castrensis Capitan. Cracov.
tiens terminos dilationem sibi non recipiendo
nullas ingrossationes appellationes ac earum prosequutio
nes faciendo pramissaque omnia poenis simplicibus
vel triplicatis evasionibus suspensionibus Fata
lis iuris praeceptione terrestri bello conventione reg
ni aliisque quibuscunque iuris remediis et defensionibus non
subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo.
Ita sua praesenti personali recognitione ad praemis
missa omnia mediante.

Eadem Anna eiusdem
Anielkim Kolchanowij
tom bona sua Donat.

Obl. et I. H. Omn. pen. d. 1670